

D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA

Escolab. 1711

VALLISOLETANA SENATORIS.

*Del Adel. de la
Madr.*

TRACTATUS

DE SUPPLICATIONE

AD SANCTISSIMUM A LITERIS

ET BULLIS APOSTOLICIS, IN PERNICIEM

Reipublicæ, Regni, aut Regis, aut juris tertij præjudicium impetratis:

ET DE EARUM RETENTIONE INTERIM IN SENATU.

Opus utriusque Reipublicæ Ecclesiasticæ, & temporali utilissimum,

*Copiosa literarum per politicarum exornatione (tum ad Regimen, tum ad
status rationem conducibilium) illustratum.*

EDITIO PRIMA LUGDUNENSIS.



LUGDUNI,

Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXIV.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.



ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
PRINCIPI ET HEROLI
DON
EMANVELI FONSECÆ,
STUNICÆ, AZEVEDO,
COMITI MONTIS REGII,

Comiti Fontano, Nobilissimarum Ulloæ,
Viedmæ, & Riberæ domuum Toparchæ,
alibi quoque Domino aut Dynastæ, ex
Sanctiori Consilio, & à cubiculo Regio,
Neapoli Exprorege, apud Romanum
Pontificem iterum Exlegato, & in supre-
mo Italicarum rerum Senatu Præsidi in-
tegerimo.

DERMITTE deprecor, MAXIME PRINCEPS, ut affe-
ctum benevolentiae plenum ad Te transferam, &
hos non primos laborum meorum fructus Tibi dedi-
cem. Munus sanè, si aut ex sua, aut ex tua dignitate
spectetur perexiguum: si ex viribus meis mediocre, si
ex animo magnum. Injurium etenim esset, non Tibi me, meaque om-
nia subdere, cujus obsequio jura Patriæ addicunt. Strictum medius
Fidius hoc; strictius tamen grati animi vinculum, quo ingenuè fateor
devinctum à Te immortalis memoriæ Principe, cujus magnitudinì
quicquid sum acceptum refero: Accipe igitur libens factum hunc
quem offero, *de Supplicatione ad Sanctissimum Patrem, & Christianæ*
gregis Summum Pastorem: imò animum offerentis Artaxerxes alter;
à 2 neque



L I C E N T I A T I

D. BARTHOLOMÆI BUIAN

DE SOMOZA, S. S. R. C. ARAGONUM QUONDAM
Relatoris ac etiam Sanctæ Cruciatæ, nunc verò in Supremo
Sanctæ & Generalis Inquisitionis Consilio idem exercentis
munus, in laudem

NOBILIS ET PERITISSIMI LICENTIATI

DON FRANCISCI SALGADO

DE SOMOZA JURIS UTRIUSQUE ACERRIMI
& præclarissimi Propugnatoris, dignissimique totius Sicilia Regni
Monarchiæ Judicis.

MESTUPERE quidem Phæbi, Salgado, sorores,
 Mirantes genij prodigiosa tui.
 Ast ego (sed quis enim Musis mirantibus auxis
 Hæc nisi non aptus?) linguite, jactò, canam.
 Vix ea protuleram, triplex cum causa repugnat,
 Quo minus officium persequar ipse meum.
 Nempe solum patria nobis commune duobus,
 Quin & amicitia fœdus utrumque ligat.
 Adde quod eloquij vires, authorque liberque
 Exuperat longè magnus uterque mei.
 Hinc timor occurrit, patriam seu pectus amicum
 Exprobret in primis ne invida turba mihi.
 Terrifica verum pulsabo cuspidis ictum.
 In me nec robur livor habebis edax.
 Namque tuis scriptis munimine sacra petenti
 Protectum poterunt ledere tela nihil.
 Sanam constituunt siquidem quæ pbarmaca Bullam,
 Hæc, Salgado, tuus continet usque liber.
 Vidimus antiphrasim Bulle sub nomine quondam,
 Dum vaser impostor prorsus iniqua petit.
 Sedula sed fraudem removet tua cura dolosam,
 Nec sinis injustis nomen adesse boni.
 Justitia, pariterque tui studiosa voluntas
 Impulit ad numeros (quæ tibi fida) manum.
 Hinc mihi polliceor veniam, tibi Nestoris ævum
 Opto, ut perpetua Ius tuearis ope.



TRACTATUS
 DE
 SUPPLICATIONE
 AD SANCTISSIMUM
 A Litteris Apost. &c. Et de earum
 interim retentione in Senatu.

523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550

PARS PRIMA.

Continet Iustitiam recursus supplicationis ad Sanctiss. & retentionis in Senatu, necnon causas legitimas retentionis inductivas, atque formam examinandi illas, singulasque quaestiones, processum, & praxim tangentes.

CAPIT. PRIMUM.

Protectio vassallorum, necnon ecclesiarum, ejusque status, cultus divini, dogmatum, & Conciliorum tuitio: an & quomodo sit jure Regalia Principis temporalis à Corona indivisibilis.
 Et an super Regalia ipsa, vel alia ab Ecclesia obtenta Rex inter Ecclesiasticos cognoscat.

SUMMARIUM. EX CAP. I.

*Supplicatio ad Papam, qua prohibetur reverentia, & humilitas, est Regalia Sedis Apostolica, num. 1.
 Supplicatio ad Papam est aliis humilitatis, & reverentiae, num. 2.
 Et signum supremae Auctoritatis, & Potestatis Papa, ibidem.
 Supplicatio supponit auctoritatem supremae maiestatis, & plenissima potestatis, ibidem.
 Qui alios supplicanti, tenentur se humiles, & adoratis munere, ibidem.
 Omnes supplicationis, & adorationis modi, quibus veteres utebantur, ed tendunt, ut humiles se faciant, ibidem.*

*Supersedens in litterarum executione ad effectum rescribendi, dicitur servire Principi, ibidem.
 Respublica infelix iudicatur violentie oppressa protectore carens, num. 3.
 Omnia, & misera, & felicia indigent protectore, num. 4. & n. 14.
 Plures Sacra Scripturae auctoritates congruunt concidenter infelicitatem vi oppressae carentis protectore, num. 6.
 Vix patientem occidantem malum Iudex non exaudit, num. 6.
 Deus miseretur uxori, qui liberat miseros ab oppressoribus potentum, num. 7.
 Deus est protector generis humani, ut ex variis Sacra Scripturae auctoritatibus late comprobatur, num. 8.
 Prophetas Rex passim Deum protectorem invocat, num. 9.
 Deus liberat vi oppressae de manu potentum, num. 10.
 Deus ab origine creationis de hominis tutela curavit, num. 11.
 Deus ut verum protector praesto adest acclamantibus vi oppressorum, tacitis, & expressis, num. 12.
 Multa Scripturae loca ad idem re. referunt, ibid.
 Principes Dei exemplo divina habere debent sub sua protectore, num. 14.
 Dicitur Iacobus Hispaniarum miles Patris auctoritatem recensere, num. 14.
 Deus in humani generis protectione iustor Angelorum*



TRACTATUS
DE
SUPPLICATIONE
AD SANCTISSIMUM
à Litteris Apostolicis. Et de earum
interim retentione in Senatu.

663 657 650 643 636 629 622 615 608 601 594 587 580 573 566 559 552 545 538 531 524 517 510 503 496 489 482 475 468 461 454 447 440 433 426 419 412 405 398 391 384 377 370 363 356 349 342 335 328 321 314 307 300 293 286 279 272 265 258 251 244 237 230 223 216 209 202 195 188 181 174 167 160 153 146 139 132 125 118 111 104 97 90 83 76 69 62 55 48 41 34 27 20 13 6 0

PARS SECUNDA

*Continet Recursum ad Regem ob contraventionem Sacrosancti
Concilij Tridentini, praesertim circa praeservationem prima
instantiae Ordinariorum.*

CAPUT I.

Quo jure Rex Catholicus, quibusve rationibus litteras Apostolicas in contraventionem œcumenici Concilij Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de utriusque differentia, de qua latius, cap. 26.

SUMMARIUM.

Principum Christianorum Regale munus est, evigiles esse in tuitione Reipublicae, praecipue spiritualis, dogmatum, & Conciliorum, n. 1.
Principes sacrum Regnum sunt adhibendi ad protectionem, ut violentiam, aut scandalum patiantur in perniciem Reipublicae spiritualis, & temporalis, num. 2.
Ad Conciliorum, & Ecclesiae tuitionem saepe invitasse Pontificem Principes Christianos ad sedandos violentos incursus, multis Canonici decretis legitimus, num. 3.
Pontificij Papae epistola refertur missa Imperatori Honorio, ut auxilium Ecclesiae, & Religioni oppressa praestaret, num. 4.
Epistola refertur Imperatoris Honorij missa Papae, qua profertur interventu sui pacem custodiri, & seditiones Ecclesiae obvencientes sedari, n. 5.
Divi Augustini Auctoritas refertur, quod licite petitur per Praelatos auxilium à Principe Christiano contra hostes Ecclesiae ad eius tuitionem magis, quam vindictam, num. 6.

Res religiosa aliter rite esse nequeant, nisi & Regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas, n. 7.

Epistola divi Augustini, qua adversus violentiam sit ultio, à praestantibus per Praelatos postulanda, num. 8.

Concilium Agathense refertur, quo dicitur ab omnibus Principibus esse auxilium postulandum pro pauperum molestiis, quibus Ecclesia fatigatur, num. 9.

Si Principum praesentia in Ecclesia ex consuetudine acquisita non servetur, scandalum Ecclesiae patitur vitandum, num. 10.

Principum Christianorum praecipuum Regale officium est Ecclesiam, eiusque libertatem, & immunitatem defendere, num. 11.

Principes saeculi nonnquam in Ecclesia culmina tenent, ut disciplinam, Ecclesiasticam mutant, & seditiones rigare Principum contrantur, num. 11.

Principes ad tuitionem Ecclesiae tenentur ex debita Regalis officij, etiam non postulata, cum ipsorum studij, & religionis interesse, num. 12.

Imperatores profertur maximam addidere sollicitudinem circa Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem, num. 14.

Principis boni est omnia curi, quae spectant ad jurisdictionem Ecclesiasticam, num. 15.

Principes si protectionem Ecclesiae praebere negligunt, à communione eiusdem repelluntur, n. 16.

Nihil praestantius confirmationi Regum, quam vigilanter in eadem Divini, & Status Ecclesiastici tuitione, qua nititur stabilitatem omnium rerum publicarum, num. 17.

Quod Imperator Theodosius in agere mortis filij suis hoc praecipuum reliquit, num. 18.

Imperatores Christiani agnoscant Imperij felicitatem